

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 139r–139v

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] ^a-Capitulum primum de Cezare Ottone, qui fundavit templum in Meÿdeburg. ^{-a}

<Regula iuris. Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum. Item quod omnes tangit debet ab omnibus approbari⁺ approbari. b>

Cesar^c Otto Ruffus fundavit templum in Meÿdeburg et dedit civibus municipale ius <^{powyszszone prawo d}> secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos ac consules, <^{arbitrium voluntas consensus vulgariter uchwalona wola e}> scabinos ad diuturnum temporis et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur ius ac profectum et honorem custodire <^{civitatis f}> et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. <^{conventus vel consilium alias gromada mÿes czska e}> Consules etiam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. <^{Regula iuris. Contractus ex conventione legem accipere dimescuntur. Item. Quod semel placuit amplius disciplire non potest e}> Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, <^{slowyeny skye grzywny d}> qui [s] faciunt triginta sex solidos. Qum consules suum conventum exponunt, extunc quitquit ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, quod iure divino non contradicit <^{Regula iuris. Nullus ex consilio dummodo fradulentum non fuerit obligatur g}> [k. 139v] firmum et non violabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere. ^h] Et quicumque ad conventum venire neglexerit, cum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem conventus sibi pronunciatus fuerint, demeretur quinque solidos. <^{Salidus habet videlicet xii alenses quem prium szelag i}>

^{a-a} czerwonym inkaistem; ^b na górnym marginesie ręką komentatora A; ^c ozdobny inicjał wysokości trzech wersów; ^d nadpisane przez komentatora A; ^e na prawym marginesie ręką komentatora A; ^f ze znakiem wstawienia ręką komentatora B; ^g na dolnym marginesie ręką komentatora A; ^h na marginesie znak sekcji; ⁱ na lewym marginesie ręką komentatora A

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]